

Electronic Manipulus florum Project  
www.manipulusflorum.com

Predicacio o  
cum editione moderna

Notandum est quod dicuntur  
uerba sapiencium pungere non palpare,  
nec molli manu attrahere lasciuiam sed  
errantibus tardis  
penitencie dolores et uulnus infigere.  
Si cuius igitur sermo non pungit, sed  
oblectacionem facit audientibus  
iste sermo non est sapientis.

Ieronymus super illud Ecclesiastes:  
Verba sapiencium quasi stimuli et cetera.

Simul et hoc notandum, quod dicantur  
uerba sapientium pungere, non palpare,  
nec molli manu attrectare lasciuiam; sed  
errantibus et, ut supra diximus, tardis  
paenitentiae dolorem et uulnus infigere.  
Si cuius igitur sermo non pungit, sed  
oblectationi est audientibus,  
iste non est sermo sapientis.

Hieronymus Stridonensis,  
*Commentarius in Ecclesiasten*, 12, 9/10  
(CCSL 72, M. Adriaen ed., p.358,  
ll.324-329).